Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

iunctio minor excepto semitono / sive toni connexione efficit. Cum igitur distantia multiplex / extrinsecus describendi tropi declaratione monstrabit. Tropus a grece a Latine dicitur ab eximio doctore Boetio in sue musice li. sic describit. Tropus sive tonus est constitutio vocum ordinibus differens acumine et gravitate. Ex quo quidem descriptione tria possumus percipere documenta. primum est / vocum in tropo multiplicium constitutio. 2m est constitutarum vocum debita ordinatio / 3m est vocum debite ordinatarum in acumine et gravitate differens dispositio. Ex primo nomen documento / hec accipimus / quod multiplicium diuise que voces / per neumarum formulas in tropo constituunt. 1. quod toni. semitonia. diptoni. semitiptoni. Ceteri que vocum iunctiones in tropis debite disponat. et ex hinc tropus nomen tonis sortitur / quia eis vocum connexio principali ex tonis efficitur ac semitoniis. Constitutio duplex est / vna in pagina. alia in cantu. Constitutio in pagina est neumarum formarum. per earum vero vocum est modulatio. Ex documento 2o percipimus / quod voces in tonis formari constitute / sed diapente et diatessaron debitum modum et ordinem / in suis perfectionibus et speciebus ad troporum non necessitis et formam plenius ordinent. Ex hoc enim quod tropi certum speciem ordinem habent dicitur mai quorum species scilicet plene in seipsis demonstrabit. Modus enim est adiacens rei ~~datum~~ determinato